



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sermones de Sa[n]ctis Hyemales, Estiuales, De
festiuitatibus Jesu christi, Beate virginis et alior[um]
Sanctor[um] ... Venera[n]di patris, fratris Nicolai deniise
Ordinis Minor[um] de obseruantia ...**

Denisse, Nicolas

[Augsburg], 1510

VD16 N 1513

Pri[m]a est p[er]fectio malignitatis reiectiua

urn:nbn:de:hbz:466:1-30625

uno modo intelligi aliqd corporeu. et sic tertiu celu dicitur celu empyreuz qd dicitur tertiu respice qd celu aerei et celi sideret: vel potius celi sideret et celi aquei sive crystallini: et dicitur raptus usque ad tertiu celum: non quod raptus sit ad videndu similitudine alicuius rei corporee sed propter hoc quod ille est locus contemplatois beatorum. Et cum dicitur se raptu usque ad tertiu celum sicut quod deus ostendit ei vitam in qua videndus est in eternu. Alio modo per tertiu celum potest intelligi aliqd visio superhumana: quod potest dici tertiu celum triplici ratione. Primo modo secundum ordinem potentiaru cognoscitivaru. primum celum dicat visio corporalis per sensus facta sicut visa est manus scriptis in pariete. Dan. v. Secundum autem celu sit visio imaginaria. puta qua vidit esaias Isa. vi. Et iohannes in Apoc. Tertiu hoc celum dicat intellectualis visio. ut Augustinus exponit. xij. super Gen. ad Iram. Secundo modo potest dici tertiu celu secundum ordinem cognoscibilitium. ut primum celum dicat cognitio corporum: secundum cognitio spirituum: tertiu cognitio ipsius dei. Tertio modo potest dici tertiu celum contemplatio dei secundum gradus cognitiois que deus videt. quorum primus pertinet ad angelos infime hierarchie: secundus ad angelos medie: tertius ad angelos supreme. ut glossa dicit. ij. Cor. xij. Et quia visio dei non potest esse sine dilectione. ideo non solum dicitur se raptu ad tertiu celu ratione cognitionis sed etiam in paradisu ratione dilectionis et delectationis concomitans. Hec Tho.

Tertiu est dubium separationis. Verum vixit anima pauli in illo raptu fuerit a corpore separata: Rndet Tho. vbi s. arti. v. quod in illo raptu non fuit necessarium quod anima sit separata a corpore ut non vni res ei ut forma: fuit tamen necessarium intellectus eius abstrahi a phantasmatibus et sensibilibus perceptione. Et si arguatur quoniam dicit ipse paulus. ij. Cor. v. Quoadiu sumus in corpore peregrinamur a domino. Per fide enim ambulamus non per speciem. Sed paulus in illo statu non peregrinabat a domino quod videbat deum per speciem: quod non erat in corpore. Dicendum quod paulus in raptu illo peregrinabat a domino quantum ad statum quod adhuc erat in statu viatoris: non autem quod ad actum quod videbat deum per speciem. Hec Tho. Sicut tamen

dixit ipse paulus. ij. Cor. xij. Nesciebat ipse an fuerit raptus in corpore vel extra corpus. Quid dicit Tho. vbi s. ar. ij. oportet sic intelligere. scilicet apostolus sciverit quod fuerit raptus secundum animam: et non secundum corpus. Nesciebat autem an se haberet ad corpus. vtrum scilicet fuerit separata a corpore: et sic sine corpore eleuata vel ipsa in corpore existeret talem habuerit visionem. In illo autem raptu dicitur vidisse a deo cuius gelium in illo triduo quod fuit ipse excecatus habuisset. Unde per excellenter fuit a deo illuminatus. Unde Gal. j. dicebat. Notum vobis facio fratres euangelium quod euangelizatum est a me quod non est secundum hominem: nec enim ab homine accepti illud: nec didici sed per revelationem iesu christi etc.

Tertia est excellentia spiritualis perfectionis. Fuit enim vir in omni virtute perfectissimus. quod ut euidenter contemplari possim? Consideranda est in complexu perfectio spiritualis et excellentissima. Prima est perfectio malignitatis reprobata. Secunda est perfectio bonitatis operatiua. Tertia est perfectio caritatis expellens.

Prima igitur est perfectio malignitatis reprobata. Perfectissime enim mundum et ea que in mundo sunt abnegavit propter christum qui perfectio mundi allicit ad malignitatem: quoniam sic dicitur. j. Jo. vi. Mundus totus in maligno positus est. Sunt autem tria in mundo que maxime ad malu alliciunt. Diuitie: potentie et honores seu preeminentie: que omnia peremptit paulus propter christum ne eum ad aliquid perire allicerent. Primo itaque peremptit diuitiarum cupiditate per voluntariam paupertatem. Unde dicebat Phil. ij. Que mihi fuerunt lucra hec arbitratu sum propter christum detrimenta vix et extremis oia detrimentum esse propter eminentem scientiam iesu christi vni propter que omnia detrimentu fecerit arbitror ut stercorea ut christum lucrifaciam. Hec ibi. Secundo peremptit delictiarum voluntate per temperantiam honestate: quam excellentissime custodiuit triplici. Primo per corporalis refectionis modicitate. Unde ij. Cor. xij. dicit quod sepe fuit in fame: et sic in seipsum maceracionis et steritatis. Unde ibidem dicit: quod sepe fuit in frigore et nuditate. Et ij. Cor. ix. dicit. Lathra

corpus meū et inferui. redigo. **Ter-**
tio propter pignoralis incorruptionis puritatem. Fuit enim pigo sicut ipse innuit de pignibus loquens. **1. Cor. viij.** Volo oēs homines esse sic meipsum. In cuius signū quā decapitatus est lac cum sanguine de corpore eius effluxit. sic et de beata catarina legitur.

Quarto refugit bonorum ambitiositate per humilitatis profunditatem. Humilitate autem ostendit precipue triplex. **Primo** quantum ad sciam. **1. Cor. ij.** Non iudicavi me aliquid scire inter vos nisi iesum christum et hunc crucifixum. **Ego** in infirmitate et timore et tremore multo fui apud vos et sermo meus et predicatio mea non in persuasionibus humane sapientie verbis. sed in ostensione spiritus et veritatis. **Secundo** quod ad dignitate applicam. **1. Cor. xv.** Ego sum minimus apostolorum quod non sum dignus vocari apostolus quoniam persecutus sum ecclesiam dei. **Uide** profunditatem humilitatis sue. cum enim sit principalis et excellentior inter apostolos et secundus post christum. legis euangelice lato: se minimum vocat apostolorum: et nec dignum vocari apostolum.

Tercio quantum ad vitam quam humile habuit non se perfectum reputans: sed peccatorum maximū. **1. Tim. ij.** Christus iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere quorum primus ego sum. **Hoc** quippe dicebat pro forte affectum et gustu suorum defectuum. Sicut enim patiens dolorem existimat se pro alijs pati: non quod per rationem videat dolorem suum esse grauiorem: sed quia intimius et forius dolorem suum sentit quam aliorum. Sic est in proposito. In hoc potes euidenter propendere humilitate beatissimi pauli quod ita per se suum ponderat cum enim non ex malicia sed ex ignorantia peccauerit. **Ips** enim dixit. **1. Tim. ij.** Discidias dei conseruatum quod ignorans feci in incredulitate mea.

Secunda est perfectio bonitatis operatiua. Fuit autem in eo triplex excellentia virtuose operationis. **Prima** est excellentia affectuosissime premeditationis qua ostendit se habere cum dixit **Phil. ij.** Dea conuersatio in celis est. **Conuersatio** quippe nominatur tota hominis vitam. **Ubi** nota quod aliquid dicitur esse in celo in triplici differentia. **Quidam** sunt in celo tamen corde ut pigri et desidi-

ositi quod bona posita quod habent ope non impleti: quidam tamen ore ut predicatores verborum: quidam tamen ope exteriori ut hypocrite et vanigloriosi. **Sed** paulus his omnibus sicut in celo conuersabat. **Habuit** enim sancta desideria. **Phil. ij.** Cupio dissolui et esse cum christo. **Habuit** etiam sincerissima proba. **1. Cor. ij.** Et sinceritate sicut ex deo coram deo in christo loquimur. **Habuit** etiam sollicita opera. **1. Thes. ij.** In labore et fatigatione nocte et die laborantes. **Secunda** est excellentia fructuose instructionis. **Plus** enim docuit et instruxit ecclesiam atque excellentius quam ceteri apostoli tam verbis predicationis quam scripturarum scriptis. **Ideo** per excellentiam vocatur apostolus predicator veritatis: doctor ecclesie: et post christum legis euangelice lato: **Nullus** est profecto cui tantum obligemur post christum pro doctrina legis euangelice sicut ipsi paulo. **Sane** non minus ei tenemur pro lege euangelica quam tenebant iudei moysi pro lege mosaica. **Hoc** itaque mediator veteris testamenti. **Sed** paulus post christum mediator noui quod multo precellentius est. **Ubi** et beatus Augustinus in libro de videndo deum dicit. **Hec** duos diuinam essentiam vidisse videtur: **duos** principales diuine legis doctores qui ratione hominum visionis efficacius inducere possent homines ad obseruantiam diuinorum mandatorum. **Apparet** itaque excellentia instructionis et predicationis beati pauli quia licet sit vltimus apostolorum in vocatione: primus tamen et precipuus est doctrina et predicatione. **Unde** ipse dixit. **1. Cor. inth. xv.** Abundantius omnibus laboraui. **Sed** dices forte. **Non** hoc debet ret dicere paulus quod in hoc videtur proferre verba iactantie. **Dicendum** quod homo potest dicere verba pertinentia ad laudem suam licite et virtuose triplici ratione.

Primo propter fame conseruationem. **Sic** fecit samuel. **1. Regum. xij.** **Conuersatus** sum coram vobis ab adolescentia mea usque ad hanc diem. **Loquimini** de me coram domino. **Si** bonum cuiusquam tulerim aut asinum: si quem calumniar: si oppres: si aliquem: si de manu. **Uide** ibi. **Iulio** de sancto Victore. **Non** sufficit nobis sancta vita nisi assit bona fama. **Augusti.**